MONUMENTA
GERMANIAE

m(enses) X, d(ies) XXIX. Hic fecit fratrem Nicolaum de Prato episcopum Hostiensem. Hic etiam denunciavit excommunicatos actores captionis Bonifacii et nominatim Guylhelmum de Nogareto et Sarram de Columpna[a] cum VI aliis. Hic etiam reconciliavit [a] ad cardinalem, restituit illos de Columpna. Et privilegia ac libertates regi Francie restituit, que Bonifacius abstulerat.

II pars[b] de morte Palialogi. Rubrica.

[V][c]acante[c] papatu per mortem Nicolai IIII[ti] Palialogus moritur, cui successit filius Andronicus. Tunc factus est tumultus magnus in Constantinopolim per Calogeros acclamantes Palialogum non debere sepeliri in cimiterio quia Latinis adhesit. Et usque nunc insepultus manet. Tunc etiam rex Karolus de Provincia veniens per Perusium transit, ad eligendum pontificem cardinales precibus inducit. Dura quoque verba cum domino Benedicto Gaytani habuit, nichil tamen[d] profecit.

III pars de quibusdam gestis et canonizatione Celestini quinti Rubrica.

In[e] MCCXCIIII Petrus de Macerata et Petrus de Forosinforio[f] apostate fuerunt ordinis Minorum et heretici. Hiis petentibus heremitice vivere, ut regulam beati Francisci ad litteram servare possent, Celestinus sua propria[g]

a) non tu C

b) p C ohne Strich

c) freier Raum am Rande schwarz: v. Acatu C

d) tu (tn?) C

e) N C am Rande cursiv 1

f) d' forosinfoio C.

~~f) p a c~~ g) p̊a C prima?